



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

25. Dies Octob. Imitare si potes, apis ædificia, formicæ stabula, bombycis
stamina. Tertullianus adversùs Marcion. libr. 1.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

Ostob.
non solum quae pertinent ad societatem humanam, sed
quae ad religionem Divinam. Ab arbustula humili, &
fragili, praeter fructum suo tempore reddendum, nihil
exigitur; ab excelsa verò, speciosa, & spatiolaria-
bore, ut multa præbeat multis. Quæ illa? Frumentibus
ligna, fessis umbram, eturientibus fructus, tumul-
ipsa adversus omnes ventorum impetus se theatur.
Tu Christiane es inter homines, quod Gedrus Li-
bani inter arbores. Es arbor bona, expectat à te ca-
lestis ille agricola, ut facias fructus bonos. Christia-
nus es, hoc est, Princeps es; de Christianis enim di-
ctum est illud: (a) *Constituit eos Principes super omnem*
terram. Quid te abjicis infra terram, quem Deus
constituit principem super terram? Exclamat Tullius: (b) *O Dii immortales, quam magnum est per-*
sonam tueri Principis! O Deus immortalis! quam mag-
num est tueri personam Christiani hominis! sis ergo
memor illius carminis:

Quantò major eris, perfectior esse teneris.

25. DIES OCTOB.

Imitare si potes, apis ædificia, formicæ stabula,
bombycis stamina. *Tertullianus adversus Ma-*
cion, libr. 1.

Deus mi-
rabilis in
animal-
culis.

I. **D**EUM oportet non modo di-
ligere, & colere, ut prius do-
cui, sed admirari. Hoc nos
docebunt his trinis puñctis,
non procera animalia, sed pusilla animalcula, Apis,
Formica, Bombyx; in illis minimis, miraberis Deum
maximum. Ordior ab Apibus: Quam est apis exilis,

(a) *Psal. 44. 17.* (b) *Philip. 2.*

& contemptibili specie; & tamen suavissimum li-
quorem, & omnibus hominibus salutiferum confi-
cit: hoc mel est, quo ad cibos condieros utimur,
ad officinarum apparatus, ad debilium stomacho-
rum corroborationem. Dein quæ non utilitas pro-
manat ex cerâ, quam conficit; cerâ altaria splendent,
supplicationes condecorantur, funerum pompa ce-
lebratur, Regum mensæ exornantur. Aristomachus,
teste Plinio, ita rapiebatur, cum in Apum proprieta-
tibus expendendis versaretur, ut sexaginta annis ni-
hil aliud propè egerit. Certè si Apum consideres
Rempublicam, plus miraberis, quam Regina Sabæ
Salomonis familiam: nec enim tam admirandus fuit
Salomon in suo solio cum omni sua gloria, quam in
suo cereo ædificio, apicula. *Imitare si potes Apis ædi-
ficia.* Sed quia non potes imitari, potes te inde con-
fundere.

III. Api succedit Formica. Primum in quo reci-
piendo gentium consensus conspiravit, fuit, conjunc-
tio hominum inter homines, ut scilicet oppida, ur-
bes, & Republicæ constituerentur. Quis hoc pri-
mum docuit? Formica, teste Platone, & Plinio, qui
sic loquitur. (a) *Formica Reip. ratio, memoria, cura.*
Formicæ enim simul laborant, vivunt, incedunt, &
hyemis futuræ non ignaræ, atque incautæ, alimenta
sibi recondunt, & quod mirandum magis est, nulla
earum sibi quidquam vendicat, sed omnia habent in
Repub. sua communia. Et certè earum Respub. est
ad stuporem admirabilis, ad artificium inimitabilis,
si videoas quo pacto cavernosa penetralia repurgant,
quomodo madefacta imbre semina proferunt, ac

Pars III.

Hhh

siccant,

(a) L. II. c. 30.

O^{cto}
ficcant, quo modo labore suo singulæ vicitant,
nulla aliam offendat: quomodo aliæ aliarum labo
fruuntur, & quod nos confundit, quomodo qua
quaginta millia formicarum in caverna minitia
vicitant: ubi duobus viris una Respublica nimis ang
sta est. Quis non miretur? Bestiolæ quas misella
despectatque Natura fecit, quas innoxius dannos
hyemali ergastulo, vivas quasi sepulchro, deneg
victu, ipsæ sibi carcerem in horreum murum
hypogaeum in triclinium. Una omnium animalium
Formica dives est, habet, possidet, conditque. Ali
in diem vicitant, patiperrima sunt: scilicet Natura
portionem providentiae suæ in illarum diligentia de
legavit: sat fuit de illis sollicita, quod fecerit sollicitus.
Utinam tanta esset hominibus parandæ salutis pro
videntia, quanta formicis inest vitæ sustentandæ pro
videntia.

III. Quis potest satis efferre naturam Bombycæ,
cujus stamina, Regum sunt ornamenta? Nonne me
ruin, tam exiguum, & abjectum vermiculum, si
confidere tam gracilia, tenuia, & tamen tam prece
sa, & artificiosa, ut nullius hominis industria id po
sit consequi? Nonne & illud mirabilius, tam pullo
animali Deum tribuisse materiam, quam totu
mundi venustati suppeditaret, quæ sunt holocer
cum villosum, undulatae vestes, & innumeræ alia
vestimentorum genera quæ ex serico concinnantur
quibus potentissimi terrarum Domini gloriantur?
Omnis enim, quam ipsi Cæsares ex vestibus caper
gloria, sunt Bombycum viscera. Nonne & illud
mitandum, nullam esse Æthyopum civitatem, nati
lam regionem tam barbarem, neque tam diffici

Octob
erit, c
um labo
odò qu
nitia
imis ang
s mille
damno
deneg
mutar
animalium
ue. Al
cer Nam
gentia de
it solici
alutis p
anda pro

Bombyc
Vonne
lum, fi
am pren
ria id pol
tam pul
iam tota
holole
umeru
innanc
riantur
us capru
e & illu
ters, nul
difficul

Octob.

Tessera.

851

ubi Magnates, & Proceres, non se conentur conspi-
cuos reddere, Bombycum exuvii? Quid, quod ipsæ
Deo consecratæ aræ, & qui ad aras faciunt, splen-
deant illarum filis, seseque faciant conspicuos? in re-
terum natura, mirabilissimum est omnium mirabi-
lium, natura animalium. Quis hic non submitat cri-
stas, dum videt se animalculis cedere, arte, qui illa
præcedit mente? Itaque Bombycis staminæ, Formi-
cae stabula, Apis ædificia, quæ excedunt omnium ho-
minum artifacia, sint tibi ad artes disseendas stimuli,
& calcaria.

Res valet, ars præstat; si resperit, ars mihi restat.

26. DIES OCTOB.

*Esto tu Dei, & Deus erit tui. S. Cyprianus sermon. de
Ascens.*

Amoris
iædoles.

Solo amore Dei, totus sis Dei, &
Deus tui. Quisquis amat, sibi mo-
ritur, & vivit alii, aut alibi. Fate-
tur hoc quidam amator. *Ubi sum,*
ibi non sum : ubi non sum, ibi est animus. Etenim
cum respondeant sibi amantes, ille in isto, & iste
in illo commutatis spiritibus vivunt. Alter alteri,
uterque utrique traditur, uterque ab utroque acci-
pitur. Servus, qui suus non est, nihil habet suum.
Ista est solertia, illa industria amoris: Sevitutem,
vulgi opinione infamem, & probrosam, reddit in-
genuam, & gloriosam, imò facit locupletem, &
dominantem; unde illa servire, & mori, quæ cen-
seatur horribilia, in amore sunt sancta, & illustria
nomina, sunt sine damno, imò cum lucro. Amans
faretur est servus, nec ullus magis est servus, sed

H h h 2

servus